

PROGRAMMA  
<sup>QVO</sup>  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,

DN. CAROLI  
LEOPOLDI,

DUCIS MECKLENBURGICI RE-  
GNANTIS, PRINCIPIS VANDALIÆ, SVE-  
RINI AC RACEBURGI, COMITIS ITIDEM  
SVERINENSIS, TERRARUM ROSTO-  
CHII ET STARGARDIÆ  
DYNASTÆ,

CANCELLARII & PATRONI hujus Academie

Magnificentissimi æque ac Gratosissimi

DOMINI SUI CLEMENTISSIMI

Erneuert- und Beschärfftes

DUEL-EDICT

de dato Rostock den 27. Martii Ao. 1715.

RECTOR & CONCILIUM Universitatis Rostochiensis

Omnibus & singulis Academicis Civibus, inprimis Studiosæ Juventuti  
humillime atque obsequiosissime observandum commendat.

*P. Sub Sigillo ACADEMIÆ Anno MDCCXV. in ipsa Festa SS. Trinitatis.*

ROSTOCHII, Typis Joh. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.



*Q*uæ nos jure divino obligant leges, omnes  
 & singulæ ita comparatæ sunt, ut religiose  
 custoditæ, salutem & tranquillitatem no-  
 stram in tuto collocent. Si homo sua ad-  
 huc gauderet integritate, summa profecto  
 ipsi foret voluptas in viis ac præceptis Do-  
 mini sui ambulare: Verum ex quo homo in versus factus  
 est Decalogus, nullum ipsi jugum adeo durum atq; into-  
 lerabile quam divinis se conformem gerere statutis; quod  
 ipse tamen miser homo nil aliud efficit, quam ut suam  
 quotidie augeat calamitatem & graviora reddat vin-  
 cula, quibus propter transgressiones suas jam constrictus  
 tenetur. Interea, quotquot illuminatos habent oculos,  
 longe aliter judicant, probe etenim sunt perspicientes,  
 neque sibi neq; aliis bene esse, nisi promptissimum legi-  
 bus divinis præstetur obsequium. Unicum hac vice consi-  
 derabimus, Cives Lectissimi, quintum Decalogi præ-  
 ceptum, de quo Lutherus p. m. in Catechismo Maj. e-  
 gregie scribit: Hoc præcepto DEUS quemvis ab  
 omni vi atq; injuria tutum, pacatum ac defen-  
 sum, hocq; præceptum veluti murum, arcem,  
 asylum & propugnaculum proximo esse vult, ne  
 quam molestiam & damnum à quoquam cor-  
 pore accipiat. Cumq; Magistratus eum potissimum  
 in finem à Deo sit ordinatus, idemq; cum potestate gla-  
 dium gerendi instructus, ut cives suos contra quascun-  
 que malevolorum injurias protegat atq; defendat, hoc  
 quoq; beneficium pio erga Deum animo agnoscendum;  
 Reges vero & Principes, qui legum Divinarum sunt  
 custodes, omnemq; curam impendant, ut nemo alterum  
 impune lædat, tanto majori nobis sint in præsidio, quo  
 magis invaluit malefana hominum protervia & quos-  
 cunq;

cunq; offendendi indomita libido. Hanc dum compe-  
scere intendit Augustorum Nominum Princeps, CA-  
ROLUS LEOPOLDUS, Dux atq; Dominus  
noster longe Clementissimus, uti patet ex Edicto SE-  
RENITATIS SUÆ, quod una cum hoc Programmate  
vobis publicis hodie affixum conspicitis; Vestrum est,  
Cives Svavissimi, agnoscere & deprædicare provi-  
dam hanc NUTRITII nostri Gratiostissimi Clementi-  
am, qua non suas tantum complectitur terras atque  
provincias, sed vestram quoq; incolunitatem sibi curæ  
cordiq; esse, publice declarat. Nostis optime, quam  
grave quamq; molestum Vobis fuerit, quosdam Vestri  
Ordinis haud ita pridem ab aliis injuria fuisse affectos,  
& quod haud exiguus mentes vestras occupaverit me-  
tus, famam vestram, vestramq; existimationem atq;  
incolunitatem, mutata Urbis nostræ facie, dum sa-  
gata militia togatam & numero & viribus superat,  
non satis tutam apud nos fore. Verum ab omni isto  
metu nunc liberati estis, dum Serenissimus atque Ma-  
gnificentissimus Academia nostræ PATRONUS  
aq; de fama ac vita Vestra gloriose nocti manens est  
solicitus, nobisq; in mandatis dedit, ut juxta reno-  
rem Edicti SERENITATIS SUÆ, vestram existima-  
tionem vestramq; omnimodam tueamur incolunita-  
tem. Nolite quæso exhorrescere severitatem & rigo-  
rem hujus Edicti. Insana enim & detestanda homi-  
num quorundam malitia severe & rigoroze satis nun-  
quam potest reprimi. Cogitetis insuper, Divinam  
sanctitatem & justitiam adhuc severiori & rigorosiori  
modo Divinus in Pandectis humane obviæ præ-  
vitati. Summus Ducalis Edicti rigor in eo consistit,  
ut temporalibus coerceatur pœnis malignantium furor  
signis aut verbis expressus. Verum audite & perpen-  
dite

dite, quousque se extendat Divinorum Edictorum vis atq; valor. Malum alter alterius ne cogitate cum animo vestro, Zach. VII. 10. it. Quisquis odit fratrem suum, homicida est, & nostis, nullum homicidam habere vitam æternam in se manentem I. Job. III. 15. Quodsi his probe pensitatis, exclamaveritis: Bone Deus, quis hac ratione in tanta hominum corruptione, vel temporales vel æternas effugiet pœnas! Duo vobis potissimum commendamus. Unum est devota eademq; quotidiana Divinæ Voluntatis meditatio. Verbum Divinum Legale ostendit Vobis, quæ sint fugienda quæve faciendâ. Verbum Evangelij Vobis largitur vires, quibus perficere possitis voluntatem Summi Legislatoris Ejusdemq; in his terris Vicarij Serenissimi nostri PRINCIPIS. Alterum est assidua & in spiritu ac veritate peracta oratio, qua impetrare potestis Spiritus Sancti Gratiâ, Vos in omnem veritatem ducentem & in via rectitudinis conservantem. Hoc est, quod Regius Psaltes proprio experimento didicerat. Psal. CXIX. 9. QVOMODO purificabit juvenis semitam suam? Observando eam secundum verbum tuum. Speramus itaque promptâ Vestra obsequia, quæ exigunt supremi Numinis voluntas, Gratiofissimi PRINCIPIS severum Edictum, Senatus Academici Paternus affectus, propria vestra salus, atque incolumitas. Adorandam invocamus Trinitatem, ut vestras cogitationes, vestros gestus atque sermones, omnes denique Vestras actiones ita regat atque dirigat, ne unquam Ducalis Edicti, quod nobis sanctum semper erit atque religiosum, experiamini rigorem.

(O)

3

PROGRAMMA  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,

DN. CAROLI  
LEOPOLD

DUCIS MECKLENBUR  
GNANTIS, PRINCIPIS VAND  
RINI AC RACEBURGI, COMIT  
SVERINENSIS, TERRARUM  
CHII ET STARGARI  
DYNASTÆ,

CANCELLARII & PATRONI  
Magnificentissimi eoque ac Gra  
DOMINI SUI CLEMEN

Erneuert und Besch  
DUEL-ED

de dato Rostoch den 27. Marti  
RECTOR & CONCILIIUM Univerfi  
Omnibus & singulis Academia Civibus, inprimis  
humillime atque obsequiosissime observandu  
P. V. Sub Sigillo ACADEMIÆ Anno MDCCXV. in ipso  
ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PR

